Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36519
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dium sine merore et cetera. Item si in
tentio aliquit contra rationem indu
cere ut deus excludatur diabolus intro
ducatur occurrat nobis qui nemini
parcit timor gehennalis. et dedu
catur in memoriam ignis ille inex
tinguibilis et fames et cetera. Prima ergo
cogitanda. media amplectenda. ul
tima fugienda. ut sit cogitatio
munda. affectio sancta. intentio pia
et recta. Exi de terra tua. et de cog
natione tua. et de domo patris tui.
Terram appellat curiositatem quia
modo in hoc modo in illud, appetentes quasi per diuersa ter
rarum spatia currimus. Cognationem dici
mus desideria carnis que quodammodo cog
nata sunt. affinis enim est caro anime
et anima carni. Unde apostolus. Curam carnis
ne feceritis in desideriis. Patrem dicit
diabolum. qui pater est imitantium se.
Ista tria eadem aliis nominibus possunt appel
lari. Carcer. cauea. compedes. Carcer
est nobis curiositas. qua huc illucque transito
rius inutiliter detinemur. Cauea di
cuntur desideria carnis. quibus adeo
coartatur anima. ut nichil aliud
nisi terrena sapiat. Pristina conuer
satio dicuntur compedes quia conpe
dimur ne ad regem salomonem uiden
dum egrediamur. Triplex est uisio
qua salemon uidetur. Prima in hoc
exilio. secunda in iudicio. tercia in reg
no. De prima dicitur quia uidisti me
credidisti. beati qui non uiderunt et
crediderunt. et item. Multi reges
et prophete uoluerunt uidere que
uidetis et non uiderunt et cetera. Conspe
xerunt quidem ut hic fieri potest
maiestatem diuinitatis. uidere
desiderantes faciem humanitatis.
De secunda dicitur. Uidebit omnis caro
salutare dei. Uidebunt mali quem
contempserunt boni. in quem credi
derunt. De tercia dicitur. Tollatur
impius ne uideat gloriam dei. In prima
apparuit mansuetus. in secunda appare
bit iudex iustus. Unde est illud. Cum accepero
tempus ego iusticias iudicabo. In ter
cia apparebit gloriosus. quia gloria et
honore coronauit eum dominus. In prima
illuminat cecos. in secunda soluit com
peditos. in tercia dirigit iustos.
In prima amabilis. in secunda terribilis.
quod timebunt boni timore reue
rentie. mali timore gehenne. In
tercia uisione erit admirabilis.
quia in eum angeli desiderant conspi
cere. Prima uisio generat spem.
secunda parit timorem. tercia dilatat
caritatem. Prima spem generat
ne deiciamur in aduersis. secunda timo
rem ne erigamur in prosperis. non debemus
consumi igne tribulationis. nec dis
solui aqua prosperitatis. tercia dilatat
caritatem. quia tunc perfecta erit
caritas quando uidebimus eum facie ad
faciem. Secundum has tres uisiones. hec
tria sunt que ei conueniunt nomina.
Salemon ecclesiastes ydida. Sale
mon interpretatur pacificus quod fuit
in uisione prima. Unde est illud. Cum his qui ode
runt pacem. eram pacificus. Eccle
siastes concionator. quod erit in secunda.
quando uocauit desursum celum. et
terram discernere populum suum. malis
dicens. Ite maledicti in ignem eter
num. Bonis uenite benedicti patris
mei. percipite regnum. quod uobis para
tum est ab origine mundi. Nunc
uidemus eum pia uisione in qua est
mansuetus peccatores expectando
in qua est ydida id est amabilis. bona
conferendo. mox correctos preuica
rios suos nos instruendo. Egredi
mini filie ierusalem. et uidete regem sa
lemonem. Uerum salemonem coronatum.